

Composição e impressão
TIPOGRAFIA "MINERVA"
Av. Barão de Trovisqueira
Vila Nova de Famalicão

Propriedade e edição de
Domingos dos Anjos Amorim
Director: J. S. TAVARES

Redacção e Administração
Rua Eugénio dos Santos, 118
LISBOA

Brotéria

Série Zoológica

SUMÁRIO DO FASCÍCULO I

VOL. XXVII—1931

Os Cynípides da Península Ibérica, pelo Professor Joaquim da Silva Tavares.

FASC. I

(Publicado a 1 de Março)

LISBOA

1931

(Subsidiada pela Junta de Educação Nacional)

Assinantes beneméritos da BROTERIA (1)

- SR. FRANCISCO TAVARES PROENÇA, Castelo Branco.
SR. DR. JÚLIO DE MELLO E MATTOS, Porto.
SR. TITO LÍVIO LOPES, Porto.
SR. DR. SEBASTIÃO DOS SANTOS PEREIRA VASCONCELOS, Porto.
SR. DR. JOSÉ DE ALMEIDA EUSÉBIO, Covilhã.
SR.^a D. AMÉLIA CAPELLO FRANCO, Capinha (B. Baixa).
SR. DR. JOSÉ PEQUITO REBELLO, Gavião (Alemtejo).
SR. BENTO DE MORAIS SARMENTO, Porto.
SR. JOSÉ DA FONSECA CASTEL-BRANCO, P. de Rio de Moinhos (B. B.).
SR. GUSTAVO MATHIEU SNOECK, Bahia (Brasil).
SR. DR. SEBASTIÃO DO ROSÁRIO SARAFANA, Figueira da Foz.
R.do P.^o SIMON TANG, Shiu-Hing (Canton, China).
SR. DR. ANTÓNIO J. DE ALMEIDA COUTINHO E LEMOS FERREIRA, Porto.
SR. DR. JOSÉ J. DE ANDRADE ALBUQUERQUE DE BETTENCOURT, Ponta Delgada (Açores).
SR. DR. NUNO DE LACERDA RAVASCO, Moura (Alemtejo).
SR. DR. MANUEL ANTUNES BARRADAS, Elvas.
R.do P.^o TORQUATO CABRAL RIBEIRO, La Guardia (Espanha).
R.do P.^o CAMILO TORREND, Bahia (Brasil).
-

São dignos de particular referência, como benfeitores especiais da BROTERIA, os seguintes assinantes:

- SR. TITO LÍVIO LOPES, Porto.
SR. DR. ANTÓNIO J. DE ALMEIDA COUTINHO E LEMOS FERREIRA, Porto.
SR. FRANCISCO TAVARES PROENÇA, Castelo Branco.
SR. DR. JOSÉ PEQUITO REBELO, Gavião (Alemtejo).
SR. ENGENHEIRO JOSÉ CROMWEL CAMÓSSA VAZ PINTO, Lisboa.
SR. DR. JOSÉ J. ANDRADE ALBUQUERQUE DE BETTENCOURT, Ponta Delgada (Açores).
-

(1) São beneméritos da BROTERIA os assinantes que contribuem uma vez com uma ou mais prestações, no espaço de um anno, no valor de 1:500\$00 (no Brasil 750\$000 rs.); teem jus a ser o seu nome publicado para sempre em todos os fascículos da Revista, e a receber a BROTERIA, sem mais pagamento, durante tôda a sua vida.

8
A-M

BROTÉRIA

Tipografia "Minerva" — Vila Nova de Famalicão

BROTÉRIA

REVISTA FUNDADA EM 1902 PELOS PROFESSORES
J. S. TAVARES, C. MENDES E C. ZIMMERMANN
E PREMIADA COM MEDALHA DE OURO NA EXPO-
SIÇÃO INTERNACIONAL DO RIO DE JANEIRO, EM
1922, E NA EXPOSIÇÃO DO LYCEU DE ARTES E
OFFÍCIOS DA BAHIA EM 1914. : : : : :

SÉRIE ZOOLÓGICA

DIRECTOR — J. S. TAVARES

SÓCIO EFECTIVO DA ACADEMIA DAS CIÊNCIAS DE LISBOA

VOLUME XXVII

1931



LISBOA

1931

0/21

Os Cynípides da Península Ibérica

PELO

Prof. JOAQUIM DA SILVA TAVARES, S. J.

(Continuado da pág. 53, fasc. II, 1930)

15. Gén. *Cynips* Linneu

κυνίψ, nomen proprium

Cynips Linneu (part.) in Syst. nat., ed. 10, p. 343, 553, 1758; *Cynips* (part.) Hartig, in Zeit. Ent. Germar, v. II, pag. 185, 187, 1840; *Cynips* Förster, in Verh. Ges. Wien, v. 19 Abh., p. 331, 135, 1869; *Cynips* Mayr, in Gen. gallenbew. Cynip., p. 28, 1881.

Corpus dense pilis coopertum. Antennae ut plurimum 13-14 articulis, quandoque 12 vel 15, compositae, pilis longis nequaquam vestitae. In omnibus speciebus a me visis 2^{us} articulus longior est quam crassior (1); 3^{us} articulus omnium longissimus (2). Palpi maxillares quinquies vel quater articulati. Sulcus medius in tota longitudine mesonoti, vel tantum antice, aut tantum in medio, vel solum postice prostat conspicuus. Cellula radialis in margine et in basi semper aperta, in apice autem quandoque clausa. Secunda vena radialis semper curva, saepe in angulum flexa, et in partem internam cellulae radialis plus minusve continuatur, efficiendo venam accessoriam radialem (fig. 83). Haec quandoque desideratur (fig. 84). Areola semper prostat conspicua. Prima vena cubitalis semper plus minus conspicua, sed ad venam usque basalem nunquam porrigitur in speciebus mihi cognitis.

Pedes nunquam pilis longis ut in *Diplolepi* cooperiuntur.

(1) In speciebus europaeis, si *Cynipem gracilicornem* excipias, quae mihi non est, articulus 2^{us} semper longior est quam crassior.

(2) Quandoque tamen 1^{us} articulus 3^{um} aequat, vel fere aequat.

Tarsorum unguiculi semper bifidi, quamvis denticulus infernus quandoque minimus sit.

Abdomen superne antice semper glabrum, a 2.^o tergito superne aliquot prostant pili; sed in *Cynipe conglomerata* Gir. et in *Cynipe ambigua* Trott. in tota longitudine superne glabrum. Latera autem abdominis ut plurimum pilis densis ve-




Fig. 83 — *Cynips quercus-calicis* Burgsd. Cellula radialis, cum vena radiali accessoria. (Original).

stiuntur; raro sunt glabra et solummodo postice globus adest pilorum. Spinula ventralis brevis, media aut valde longa. Secundum tergitem quandoque fere totum superne abdomen contegit, saepe tantum $\frac{3}{4}$, $\frac{1}{2}$, vel minus quam $\frac{1}{2}$ abdominis cooperit.

Annot. — Species hujus generis sunt valde homogeneae et similes. Color parum est impressus et fere idem est in pluribus speciebus, ita ut e colore notas vix extricare possis ad species discernendas. Labore tamen improbo id efficere potui, ut omnes fere species discernirem; plures enim erant quae hucusque tantum cecidio distinguebantur. Americanae species paucae mihi sunt, ideoque eis studere supersedi. Species autem europaeae, asiaticae et africanae fere omnes mihi sunt; hac de causa omnes includere in clavi dichotomica potui.

Aliud est quod annotare juvat.

Omnes species hujus generis ut parthenogeneticae habebantur, eoquod mares non cognoscerentur. Sed duae sunt species in quibus duplex certo innotescit generatio, altera agamica, altera sexualis.

Hae species sunt *Cynips quercus-calicis* Burgsd., cujus generatio sexualis est *Andricus cerri* Beijer.; ac *Cynips Kollari* Hart. Hujus generatio sexualis est *Andricus circulans* Mayr.

Fieri igitur potest ut omnes species generis *Cynips* revera sint for-

mae agamicae specierum generis *Andrici*. Hac de causa satius esset genera *Cynips* et *Andricus* non separare, sed tanquam unicum genus considerare, quamvis tot species jungerentur, ut earum studium in unum coalescens multo difficilius, ob multitudinem, redderetur.

Aliunde discrimen inter species duorum generum, scilicet *Cynipis* et *Andrici*, non ita magnum est. Forsitan praecipua differentia in eo po-




Fig. 84 — *Cynips Stefanii* Kieff. Cellula radialis sine vena radiali accessoria. (Original).

nenda sit quod corpus, praesertim in abdomine, pilis densis in genere *Cynips* cooperiatur; corpus autem specierum *Andrici*, praecipue in abdomine, pilis multo magis raris, immo fere nullis, instruatur. Si alia discrimina ad trutinam revocentur, nulla aut fere nulla videbuntur.

Ad meum hoc quaecumque opus quod attinet, duo genera — *Cynips* et *Andricus* — in eo separatim prostant, tantum ob facilitatem studii, cum ea nequaquam sejungenda iudicem.

**CLAVIS DICHOTOMICA OMNIUM SPECIERUM GENERIS
CYNIPIS, HIS EXCEPTIS, QUAE AMERICAM INCOLUNT**

1. Antennae 15-articulatae 2
 — Antennae 14-articulatae 11
 — Antennae 13-articulatae 3
 — Antennae 13- vel 14-articulatae. — Lusitania, Hispania, Gallia, Italia, Hungaria, Asia Minor. **Cynips coriaria**
2. Articuli 9-14 non longiores quam crassiores; articuli 14-15 non concrecentes. — Triest.
 **Cynips glutinosa tergestensis**
 — Articuli 9-14 longiores quam crassiores; articuli 14-15 plus minusve concrecentes. — Italia, Albania, Palaestina, Asia Minor **Cynips insana**
3. Articulis 12-13 plus minusve concrecentibus, saltem quandoque; scutellum aliquantum rugosum; alae hyalinae, versus extremitatem tantillum luteolae. — Germania, Italia, Hungaria, Serbia, Asia Minor, Africa Septemtrionalis **Cynips corruptrix**
 — Articulis 12-13 non concrecentibus, scutellum non rugosum; alae totae hyalinae 4
4. Vena accessoria radialis vix vel nihil conspicua. — Italia, Austria, Hungaria **Cynips amblycera**
 — Vena accessoria radialis parva quidem, sed sufficienter conspicua 8
 — Vena accessoria radialis sat magna et semper valde conspicua 5
5. Scutellum reticulatum, plus minusve favum mellis imitans. — Italia, Gallia, Austria, Hungaria, Istria, Asia Minor **Cynips infectoria** (1)

(1) Haec species mihi non est; potest igitur fieri ut vena accessoria radialis non sit revera *valde conspicua*.

- Scutellum coriaceum; antennae 13-articulatae, sed articulus ultimus longus, probabiliter e duobus compositus 6
6. Palpi maxillares 4-articulati; sulcus medius a parte postica fere ad partem usque anticam conspicuus; denticulus infernus unguiculorum satis longus, seu longitudine communi gaudens. — Hungaria, Turquia, Graecia, Asia Minor . **Cynips gallae-tinctoriae**
- Palpi maxillares 5-articulati; sulcus medius tantum postice et tantillum antice conspicuus; unguiculorum denticulus infernus parum acutus, brevis immo quandoque brevissimus 7
7. Longitudo corporis 4-4,5 mm.; articuli antennarum 12-13 nunquam concrecentes. — Permagna Europae pars; Asia Minor; Africa Septemtrionalis **Cynips Kollari**
- Longitudo corporis 2-2,5 mm.; articuli antennarum 12-13 (secundum Kieffer) concrecentes. — Peninsula Iberica (1) **Cynips Kollari minor**
8. Spinula ventralis longa (plusquam 400 μ), plusquam quinquies longior quam crassior 9
- Spinula ventralis brevior (400 μ non aequans) 10
9. Sulcus medius mesonoti conspicuus; spinula ventralis sexies longior quam crassior, 625 μ longa, 104 μ crassa; 2^{um} tergitem fere $\frac{2}{3}$ abdominis tengers. — Italia, Austria, Bulgaria, Mons Niger **Cynips caliciformis**
- Sulcus medius non conspicuus; spinula ventralis sexies longior quam crassior, 480 μ longa, 83 crassa; 2^{um} tergitem aliquanto plusquam $\frac{1}{2}$ abdomi-

(1) Ut ulterius dicam, specimina mea, multa atque e variis provinciis, hanc notam non sistunt.

nis cooperiens. — Italia, Austria, Hungaria, Serbia .

. **Cynips aries**

10. Sulcus medius mesonoti antice et postice conspicuus, in medio evanidus; spinula ventralis quater longior quam crassior, circiter 271 μ longa, 62 μ crassa; 2^{um} tergum $\frac{2}{3}$ abdominis contegens. — Italia, Austria, Hungaria, Bulgaria, Mons Niger. **Cynips galeata**

- Sulcus medius mesonoti conspicuus fere in tota longitudine mesonoti; spinula ventralis quater longior quam crassior, circiter 312 μ longa, 83 crassa; 2^{um} tergum plusquam $\frac{2}{3}$ longitudinis abdominis cooperiens (1). — Italia **Cynips ambigua**

- Sulcus medius mesonoti solum tantillum postice conspicuus; spinula ventralis circiter 292 μ longa; 2^{um} tergum aliquanto plusquam $\frac{1}{2}$ abdominis cooperiens. — Lusitania, Hispania, Gallia, Italia, Hungaria, Asia Minor **Cynips coriaria**

11. Articulus antennarum 2^{us} transversus vel ad summum aequo longior quam crassior; antennae longiores corpore. — Italia **Cynips gracilicornis**

- Articulus 2^{us} antennarum semper longior quam crassior; antennae semper breviores corpore 12

12. Abdomen superne semper glabrum, saltem in 2^o tergito. 13

- Abdomen superne totum pilosum etiam in parva parte 2ⁱ tergiti. — Graecia **Cynips moreae**

13. Spinula ventralis brevissima, in una φ non longior quam crassior. — Gallia, Italia, Germania, Austria, Hungaria **Cynips conglomerata**

- Spinula ventralis brevis, 300 μ non excedens 14

(1) Quandoque maximam abdominis partem; quandoque minus quam $\frac{2}{3}$.

- Spinula ventralis media, longitudinem complectens
inter 300 μ et 500 μ 16
- Spinula ventralis longa, longitudinem 500 μ superans. 25

- 14. Articuli 13-14 plus minusve concrecentes; palpi
4-articulati; sulcus medius mesonoti tantum po-
stice conspicuus. — Italia, Asia Minor . **Cynips Stefanii**
- Articuli 13-14 non concrecentes; palpi 4- vel 5-arti-
culati; sulcus medius mesonoti tantummodo po-
stice vel fere usque ad partem anticam conspicuus. 15

- 15. Articulus secundus antennarum fere duplo longior
quam crassior. — Lusitania, Hispania, Gallia, Ita-
lia, Hungaria, Asia Minor **Cynips coriaria**
- Articulus secundus antennarum $\frac{1}{4}$ tantum longior
quam crassior. — Italia, Austria, Hungaria
. **Cynips subterranea**

- 16. Antennarum articuli 1^{us} et 3^{us} longitudine fere aequa-
les 16a
- Antennarum articuli 1^{us} ac 3^{us} valde longitudine dis-
crepantes (verbi causa, 12:17; 12:19) 21
- Antennarum articulus 1^{us} paulo brevior 3^o (v. c. 12:14;
14:16; 12:15) 17

- 16a Mesonotum velut acu punctatum. — Africa Septem-
trionalis **Cynips Marchali**
- Mesonotum coriaceum, sine punctis 16b

- 16b Unguiculorum denticulus infernus vix conspicuus
(specimen austriacum), vel saltem solito minor
(specimen hispanicum). — Hispania, Italia, Austria,
Hungaria **Cynips polycera**
et subspecies **transversa** ac **trinacriæ**
- Unguiculorum denticulus infernus solito non minor;
vena radialis accessoria satis conspicua. — Istria
(Abbatia) **Cynips Korlevici**

17. Cellula radialis in apice clausa vel vix aperta . . . 18
 — Cellula radialis in apice semper aperta 19
18. Vena radialis accessoria non conspicua. — Italia,
 Austria **Cynips Hartigi**
 — Vena radialis valde conspicua. — Hispania, Germa-
 nia, Italia, Austria, Serbia, Asia Minor
 **Cynips caput-medusae**
19. Tarsorum denticulus infernus valde brevis; vena
 accessoria radialis parum conspicua. — Hungaria,
 Austria, Serbia, Dalmatia **Cynips hungarica**
 — Tarsorum denticulus infernus longitudine communi
 gaudens; vena radialis accessoria parva vel ma-
 gna 20
20. Spinula ventralis fere quinquies longior quam cras-
 sior, 396 μ longa, 83 μ crassa; vena accessoria
 radialis magna; vena 2^a radialis in apice non in-
 crassata. — Hollandia, Gallia, Italia, Germania,
 Austria, Hungaria, Bosnia, Serbia, Graecia, Asia
 Minor **Cynips quercus-calicis**
 — Spinula ventralis circiter sexies longior quam cras-
 sior, 417 μ longa; vena radialis accessoria parva;
 vena 2^a radialis in apice aliquantum incrassata. —
 Italia, Austria, Hungaria, Graecia . . **Cynips coronata**
21. Antennarum articuli 3-4 parum longitudine diversi
 (verbi causa, 16:15; 14:12), quamvis 3^{us} semper
 sit 4^o longior 22
 — Antennarum articuli 3-4 satis longitudine diversi (v.
 c. 15:12; 15:11; 14:11) 23
22. Sulcus medius mesonoti evanidus; sulci accessorii
 in parte media mesonoti, ubi evanescent, ad mo-
 dum cochleae latiores fiunt; 2^{um} tergitem $\frac{2}{3}$ ab-
 dominis cooperit; spinula ventralis 334 μ longa,

- 62 μ crassa, seu fere quinquies longior quam crassior. — Hispania, Gallia, Italia **Cynips Mayri**
- Sulcus medius tantum postice et vix conspicuus; sulci accessorii non latiores fiunt in medio mesonoto; 2^{um} tergitem maximam abdominis partem contegit; spinula ventralis 417 μ longa, 83 μ crassa, seu quinquies longior quam crassior. — Lusitania, Hispania, Gallia, Austria, Hungaria, Dalmatia, Graecia, Asia Minor, Africa Septemtrionalis **Cynips quercus-tozae**
- Secundum Kieffer non distinguenda a *C. quercus-tozae* **Cynips Kiefferi**
23. Antennarum articuli 13-14 plus minusve concrescen-
tes, semper tamen sulco transverso distincti. —
Italia, Gallia, Germania, Asia Minor . **Cynips lignicola**
- Antennarum articulis 13-14 non concrescen- 24
24. Cellula radialis clausa in apice; 2^{um} tergitem super-
ne $\frac{2}{3}$ abdominis tegit. — Italia, Austria, Hungaria,
Asia Minor **Cynips mitrata**
- Cellula radialis saltem tantillum in apice aperta.
2^{um} tergitem superne $\frac{1}{2}$ abdominis tegit. — Lusitania, Hispania, Africa Septemtrionalis . **Cynips Panteli**
25. Antennarum articulus 3^{us} paulo longior 4^o (v. c.
20:18; 24:22) 26
- Antennarum articulus 3^{us} semper satis longior 4^o
(v. c. 18:14; 17:13; 23:18; 23:15) 28
26. Sulcus medius tantum in medietate antica mesonoti
conspicuus; vena accessoria magna; sulci pa-
rapsidales antice parum impressi. — Italia, Asia
Minor **Cynips mediterranea**
- Sulcus medius mesonoti evanidus; vena accessoria
evanida vel parum conspicua, sulci parapsidales
antice bene impressi 27

27. Antennarum articulus 1^{us} fere longitudine articulum 3^{um} aequat. — Gallia, Italia, Austria, Hungaria, Serbia, Bulgaria, Graecia **Cynips conifica**
 — Antennarum articulus 1^{us} longitudine 3^{um} non aequat. — Italia **Cynips conifica longispina**
28. Thorax quasi acu regulariter punctatus, caeterum coriaceus; cellula radialis in apice aperta. — Asia Minor **Cynips Fortii**
 — Thorax tantum coriaceus, non punctatus; cellula radialis in apice clausa vel aperta 29
29. Cellula radialis bene aperta in apice. — Asia Minor **Cynips theophrastea**
 — Cellula radialis in apice clausa, vel vix aperta 30
30. Spinula ventralis 729 μ longa, 104 μ crassa, septies longior quam crassior. Abdomen lateraliter pilis albis, satis spissis coopertum; 2^{um} tergum saltem $\frac{3}{4}$ longitudinis abdominis superne cooperiens. — Asia Minor **Cynips tomentosa**
 — Spinula ventralis longitudine 700 μ non aequans; abdomen lateraliter pilis haud spissis, non albis vestitum; 2^{um} tergum circiter $\frac{2}{3}$ abdominis tegit. 31
31. Abdomen lateraliter pilis haud spissis coopertum; spinula ventralis 521 μ longa, 62 μ crassa, fere octies longior quam crassior; 2^a vena radialis in apice aliquantum incrassata. — Hungaria. **Cynips glutinosa**
 — Abdomen lateraliter glabrescens; spinula ventralis 542 μ longa, 83 μ crassa, fere 6,5 longior quam crassior; 2^a vena radialis in apice non incrassata. Hungaria, Bulgaria, Mons Niger, Asia Minor **Cynips truncicola**

1. *Cynips ambigua* Trotter

Cynips corruptrix var. *ambigua* Trotter, in Riv. Pat. Veg., v. 7, p. 300, 1899; *Cynips ambigua* Kieffer, in André Spec. Hym. Eur., v. 7, p. 556, pl. 25, fig. 4, 1900; *Cynips ambigua* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 421, fig. 138, 139, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 2,5-3,7 mm.

Corpus multo minus pilosum quam in speciebus hujus generis fieri amat.

Color. — Corpus totum luteo rubrum, plus minusve bruno vel nigro maculatum. Alarum venae subbrunneo subluteae.

Caput. — Coriaceum. Antennae 13-articulatae. En tibi formula:

14:7 (5,5):16:10:10:10:9:8:7:6:6:5:6 (1).

Longitudo absoluta haec erat in specimine, cui studui: articulus 1^{us} 292 μ longus; 2^{us} 146 \times 115 μ , ergo satis longior quam crassior; 3^{us} 334; 4^{us} 4-6, aequales, 208; 7^{us} 188; 8^{us} 167; 9^{us} 146; 10-11, aequales, 125; 12^{us} 104; 13^{us} 125 μ longus. Longitudo totalis antennae erat igitur 2,251 mm.

Palpi maxillares breves, 4-articulati; articulos autem metiri non potui.

Thorax. — Mesonotum coriaceum, glabrescens. Sulci parapsidales et medius usque ad partem anticam perducuntur; medius fere in tota longitudine mesonoti conspicuus; laterales vero et accessorii etiam bene conspicui. Foveolae perbelle conspicuae, nitentes, laeves. Carinae metanoti parum incurvae videntur. Tarsorum unguiculi bifidi.

Alae ciliatae, hyalinae. Cellula radialis in basi, in margi-

(1) In secundo antennarum articulo numeri uncinis () inclusi crassitudinem articuli expriment, comparate ad ejus longitudinem.

ne et in apice aperta (fig. 85). Vena radialis accessoria aliquantum conspicua. Areola clausa; 1^a vena cubitalis incompleta.




Fig. 85 — *Cynips ambigua* Trott. Cellula radialis. $\times 52$ (Original)

Abdomen. — Superne glabrum ac nitens; caeterum satis glabrescens. Ora tergitorum postice plus minusve punctata, 2^{um} tergitem plusquam dimidium abdominis (quandoque maximam partem) contegit. Spinula ventralis haud longa, 312 μ longa, 83 μ crassa, quater longior quam crassior. Terebra in uno latere dentata.

Annot. — Haec descriptio facta est coram 5 ♀♀ italicis, a cl. Dr. A. Trotter determinatis et ad me studii causa missis. Hae igitur quinque ♀♀ sunt typus.

Cecidia. — Bastante semelhante à da *Cynips amblycera* Gir. e faz mesmo lembrar a da *Cynips corruptrix* Schlecht, da qual se distingue logo pela forma e pelo menor tamanho. É uma transformação dos gomos terminais ou laterais (Lam. 1, fig. 2 e 3), lenhosa, com a superfície não lisa, a não ser quando não chegada à maturação, verde, glabra, provida de 4 ou 5 divisões mamiformes terminais. A altura quási iguala a grossura e mede 6-8 mm. O interior é em grande parte tomado pela câmara larval grande, sem parede própria. Exteriormente até ao meio ou mais, vê-se um como refôrço formado de uma quási membrana sobreposta, como uma fita de chapéu.

Os exemplares photographados são da *Quercus pubescens* e encontrados pelo Sr. Dr. Trotter em Bosco Fontana, Itá-

lia, no outono de 1897. Pode também criar-se na *Quercus pedunculata* Ehrh.

DISTR. GEOGR.: Itália.
Na Península Ibérica não foi até agora vista.

2. *Cynips amblycera* Giraud

Cynips amblycera Giraud, in Verh. Ges. Wien, v. 9 Abh., p. 347, 1859; *C. amblycera* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 30, 1882; *C. amblycera* Kieffer, in André Spec. Hym. Eur., p. 555, pl. 13, fig. 8, 1900; *C. amblycera* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 418, fig. 123, 124, 1910.

Longitudo corporis: ♀, 3,7-4,5 mm.

Color. — Caput, abdomen, pleurae, metanotum, pedes plus minusve bruneo rubra vel ferrugineo rubra; mesonotum et scutellum nigri coloris; antennae plus minusve bruneae; vertex et postvertex in nigrum vergentes; pars superna abdominis nigricans; coxae pedum posticorum perbruneae, fere nigrae, saltem in medietate basali. Alarum venae bruneae.

Caput. — Parce pilosum, coriaceum, obscurum. Palpi breves, maxillares saltem 4-articulati; eis studere non potui, ne specimina non mea mutilarem. Antennae 13-articulatae, in medio apicali aliquanto crassiores quam in 3º articulo. Earum formula in specimine, cui studui, haec erat:

13:5,5 (4,6):13:11:11:10,5:9:8:7:6:6:5:8,5.

Ergo articuli a 3º gradatim decrescunt, sed 4-5, 10-11 respective inter se aequales.

Longitudo absoluta articulorum haec erat. Articulus 1^{us} 271 μ longus; 2^{us} 115 \times 98 μ , ergo paulo longior quam crassior; 3^{us} 271; 4^{us} 4-5, aequales, 229; 6^{us} 219; 7^{us} 188; 8^{us} 167; 9^{us} 146; 10-11, aequales, 125; 12^{us} 104; 13^{us} 177 μ longus. Longitudo igitur antennarum hujus ♀ — 2,366 mm. — multo minor erat longitudine corporis (4,5 mm.).

Thorax. — Parum nitidus, immo fere obscurus. Mesonotum mediocriter pilosum (pilis haud longis), coriaceum. Sulci parapsidales bene impressi, ad oram anticam perducti. Sulci laterales medium mesonoti parum superant.

Foveolae pilis non coopertae; scutellum reticulatum videtur, quantum per pilos conspiciere licet. Unguiculi bidentati. Carinae metanoti fere parallelae, rectae.

Alae hyalinae, ciliatae. Cellula radialis circiter quater longior quam latior; aperta in basi, in margine et in apice




Fig. 86 — *Cynips amblycera* Gir. Cellula radialis. $\times 38$ (Original).

(fig. 86). Areola prostat clausa; prima vena cubitalis usque ad venam transversam non excurrit conspicua.

Abdomen. — Obovatum, satis nitens, laeve. 2^{um} somitum fere glabrum, si globum pilorum antice in utroque latere positum excipias; $\frac{2}{3}$ vel $\frac{3}{4}$ abdominis superne contegit. Alia somita tota mediocriter pilosa. Spinula ventralis, pilis erectis instructa, in uno specimine 271 μ , in altero 371 μ erat longa. Terebram non vidi.

Annot. — Haec descriptio facta est coram duabus ♀♀ collectionis Mayrinae, a Mayr determinatis.

Cecidia. — Transformação de gomos terminais (Lam. 1, fig. 16). A figura 16 representa exemplares não completamente desenvolvidos e um pouco mais pequenos que o tamanho natural. Como a cecidia da *Cynips ambigua* Trotter, tem superior e lateralmente três ou quatro prolongamentos mamiformes, glabros, ásperos e verdes, como tôda a cecidia.

A câmara larval é grande e occupa boa parte do interior

da cecídia e não tem nem parede própria. Maturação no outono. Cresce nas *Quercus pubescens* Willd. e *sessiliflora* Smith. O exemplar photographado é da Áustria e foi-me enviado outrora por Mayr.

DISTR. GEOGR.: Áustria, Hungria, Bulgária, Itália.
Na Península Ibérica ninguém a encontrou.

3. *Cynips aries* Giraud

Cynips aries Giraud, in Verh. Ges. Wien, v. 9 Abh., p. 371, 1859; *Cynips aries* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 30, 1882; *Cynips aries* Kieffer, in André. Spec. Hym. Eur., v. 7, pl. 12, fig. 2, p. 558, 1900; *Cynips aries* Tavares, in Brotéria, v. 1, p. 87, 1902; *Cynips aries* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 142, p. 422, 1910.

Longitudo corporis unici speciminis quod mihi est: ♀ 4,5 mm.

Color. — Luteo ruber, seu potius coloris mellis, foveolis ac metanoto saltem partim nigris vel fere nigris. Alarum venae bruneae.

Caput. — Coriaceum. Palpi labiales triarticulati; maxillares autem saltem 4-articulati (1).

Antennae 13-articulatae. Earum formula haec erat in meo specimine:

10:5 (4,5):15:13:11:9,5:8:7,5:6:5:4,5:4:5.

Longitudo autem absoluta articularum haec tibi sit: Articululus 1^{us} 208 μ longus; 2^{us} 104 \times 94 μ , ergo vix longior quam crassior; 3^{us} 313; 4^{us} 271; 5^{us} 229; 6^{us} 198; 7^{us} 167; 8^{us} 156; 9^{us} 125; 10^{us} 104; 11^{us} 94; 12^{us} 83; 13^{us} 104 μ longus. Antennae igitur hujus ♀ 2,176 mm. longitudinis aequabant. Ar-

(1) Eis studere non potui, ne unicum specimen mutilarem.

ticuli omnes a 3^o ad 13^{um} gradatim decresebant, ut ex formula patet.

Thorax. — Mesonotum coriaceum. Praeter sulcos parapsidales, qui ad partem anticam perducuntur, sulci prostant accessorii et laterales bene conspicui. Sulcus medius tantum antice breviter prostat. Areola astat clausa. Alae ciliatae, hyalinae. Cellula radialis, in basi, in margine et in apice aperta, fere quater longior quam latior. Vena accessoria, in medio venae radialis basalis, aliquantum conspicua (fig. 87). Prima




Fig. 87 — *Cynips aries* Mayr. Cellula radialis. $\times 38$ (Original)

vena cubitalis usque ad venam transversam non excurrit. Unguiculi bidentati. Foveolae pilis cooperiuntur.

Abdomen. — Totum pilosum. 2^{um} somitum superne circiter dimidium abdominis contegit. Spinula ventralis 480 μ longa, 83 μ crassa, circiter sexies longior quam crassior.

Annot. — Hanc descriptionem coram ♀ austriaca feci, a Mayr determinata.

Cecidia. — Como o nome específico indica, a cecidia (Lam. 1, fig. 8) provém de um gomo e imita a ponta de um carneiro ou de uma cabra. As cecídias estão ordinariamente reunidas aos pares, como se vê na fig. 8, o que ainda augmenta a semelhança. A base é oval ou fusiforme e encerra a câmara lar-

val; superiormente prolonga-se de ordinário num tubo bífido, trífido ou com mais divisões na ponta. O tubo é arregado exteriormente e retorcido. Os meus exemplares, provenientes da Áustria, são glabros com a base brúneo amarellada, lisa, um tanto brilhante; o tubo é escuro, de côr acastanhada. A base mede 5 a 8 mm. de grossura por 7-8 mm. de altura; o tubo pode atingir 2, 3 ou mais centímetros de comprimento. Maturação em agôsto; apparecimento do cynípide em agôsto ou setembro do 1.º anno. Nas *Quercus pedunculata* Ehrh., *pubescens* Willd. e *sessiliflora* Smith.

DISTR. GEOGR.: Áustria, Hungria, Sérvia, Itália.
Na Península Ibérica não appareceu ainda.

4. *Cynips caliciformis* Giraud

Cynips caliciformis Giraud, in Verh. Ges. Wien, v. 9 Abh., p. 339, 1859; *Cynips caliciformis* Mayr, in Eur. gallenbew. Cynip., p. 30, 1882; *Cynips caliciformis* Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, pl. 24, fig. 2, p. 561, 1900; *Cynips caliciformis* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 136 et 137, p. 421, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 4,3 mm. (unicum specimen).

Color. — Plus minusve luteo-ruber, in thorace superne in bruneum vergens, praesertim in metanoto; 2^{um} abdominis tergitem bruneum. Tibia pedum posteriorum brunescens. Alarum venae bruneae.

Caput. — Coriaceum. Palpi maxillares saltem 4-articulati (1). Antennae, secundum Kieffer (l. c., p. 561) (in meo specimine fractae erant), 13-articulatae. In antennis duo tantum primi aderant articuli in meo specimine.

(1) Eis studere non potui, ne unicum specimen mutilarem.

Articulus 1^{us} 250 μ longus; 2^{us} 125 μ longus, 104 crassus, ergo fere $\frac{1}{5}$ longior quam crassior.

Thorax. — Sulci parapsidales bene impressi, ad partem anticam perducti; laterales plusquam medietatem posticalem mesonoti occupant; accessorii saltem dimidiatam partem anticam percurrunt, perbelle conspicui. Sulcus medius prostat conspicuus a parte antica ad medium usque; postice parum conspicuus. Foveolae saltem partim pilis conteguntur.

Alae hyalinae, ciliatae. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice. Areola prostat clausa. 1.^a vena cubi-




Fig. 88 — *Cynips caliciformis* Gir. Cellula radialis. $\times 43$ (Original).

alis ad venam usque transversam non porrigitur. Vena radialis accessoria (fig. 88) vix aut ne vix quidem prostat conspicua.

Tarsorum unguiculi bifidi.

Abdomen. — 2^{um} tergum plusquam dimidium abdominis cooperit. Spinula ventralis 625 μ longa, 104 crassa, ergo circiter sexies longior quam crassior. Terebram non conspexi.

Annot. — Hanc descriptionem confeci coram ♀ austriaca, cujus antennae erant fractae.

Cecidia. — Quási esférica (diâmetro uns 7 mm.) (Lam. I, fig. 17), proveniente da transformação de um gomo terminal ou lateral, coberta de um como feltro curto, mais ou menos brúneo. A superfície não é lisa, mas dividida nuns quási po-

lygonos, cujo centro se ergue ligeiramente num pequeníssimo mamillo. Essa superfície fica de algum modo arredando a superfície de uma cúpula de glande. A parede é lenhosa, delgada; a câmara larval grande. O insecto sahe em agôsto do 1.º anno.

Nas *Quercus pubescens* Willd., *sessiliflora* Smith, *lusitânica* Lam. e *pedunculata* Ehrh.

DISTR. GEOGR.: Áustria, Hungria, Montenegro, Bulgária e Itália.

Na Península Ibérica ninguém a encontrou até agora.

5. *Cynips caput-medusae* Hartig

Cynips caput-medusae Hartig, in Zeit. Ent. Germar, v. 4, p. 401, 1843; *Cynips caput-medusae* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 29, 1882; *Cynips caput-medusae* Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, pl. 14, fig. 10, 1900; *Cynips caput-medusae* Tavares, in Broteria, v. 1, p. 86, 1902; *Cynips caput-medusae* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., fig. 181, 182, p. 462, 1910.

Longitudo corporis: ♂, 4-4,5 mm.

Color. — Caput luteo subrubrum, antennis fere nigris; thorax partim perbrunneus, partim luteo brunneus, pedibus perbrunneis; abdomen perbrunneum; alarum venae brunneae.

Caput. — Coriaceum. Palpi maxillares 5-articulati; labiales 3-articulati.

Antennae 14-articulatae. Earum formula in specimine, cui studui, erat:

12:8 (6):19:15:11:10:8,5:7:7:6:5,5:5:5:7.

Cui formulae haec respondet longitudo absoluta articulo-
rum: art. 1^{us} 250 μ longus; 2^{us} 167 \times 125, ergo $\frac{1}{4}$ longior
quam crassior; 3^{us} 396; 4^{us} 312; 5^{us} 299; 6^{us} 208; 7^{us} 177;
8-9, aequales, 146; 10^{us} 125; 11^{us} 115; 12-13, aequales, 105;
14^{us} 146 μ longus.

Longitudo igitur antennarum hujus ♀ 2,696 mm. aequabat.

Thorax.— Sulci parapsidales ad partem usque anticam porriguntur; accessorii et laterales bene conspicui. Sulcus medius antice prostat. Foveolae saltem partim pilis coope-riuntur. Alae hyalinae, ciliatae. Cellula radialis de more longa, aperta solummodo in basi et in margine. In uno specimine tantillum in apice, sed tantum in una ala, erat aperta. Vena accessoria radialis (fig. 89) bene conspicitur. Vena secun-




Fig. 89 — *Cynips caput-medusae* Hart. Cellula radialis. $\times 38$ (Original).

da radialis in apice aliquantum incrassatur. Areola de more in hoc genere prostat clausa; prima vena cubitalis ad venam transversam non porrigitur.

Unguiculi tarsorum bifidi.

Abdomen.— Inferne et in lateribus pilis coopertum, superne autem glabrum, valde nitens, laeve. 2^{um} somitum superne $\frac{2}{3}$ longitudinis abdominis cooperit. Spinula ventralis satis longa, in una φ 417 μ longa, plusquam sexies longior quam crassior. In altero specimine spinula longior erat. Terebra longa, in uno latere in apice dentata.

Annot.— Hanc descriptionem confeci coram duabus $\varphi\varphi$ collectionis mayrianae, ab Handlirsch determinatis atque a cl. Dr. F. Maidl mihi studii causa missis.

Cecidia.— O nome específico desta espécie vem de que a cecidia se parece com a cabelleira desgrenhada da Medusa da fábula. O exemplar photographado na Lam. II, fig. 4, foi por mim colhido nas immediações de Vienna de Áustria. Cria-se numa cúpula da glande, sob a forma de um disco, em cujo

centro se forma a cecídia interna ovóide, que na maturação fica livre. O disco emite prolongamentos filamentosos ramificados e muito bastos que em breve occultam o disco central que constitui a cecídia. Esta com os filamentos pode atingir 30 a 40 centímetros (o meu exemplar mede 35 cm.). O insecto, embora já esteja criado no outono, não sahe da cecídia senão em fevereiro e março do 2.º anno.

Nas *Quercus Cerris* L., *lusitanica* Lam., *pedunculata* Ehrh., *pubescens* Willd., *sessiliflora* Smith, *Suber* L., *Toza* Bosc, e *farnetto* Ten.

DISTR. GEOGR. : Alemanha, Itália, Áustria, Hungria, Sérvia, Montenegro e Ásia Menor. Von Dalla Torre e Kieffer, in *Das Tierreich* (l. c.), citam igualmente a Espanha, mas eu nunca a descobri na Península Ibérica, nem tão pouco os meus correspondentes da Espanha me enviaram jãmais. Segundo o Sr. Dr. J. Cogolludo (l. c., p. 23) foi vista na *Quercus lusitanica* Lam. por Lázaro na Real Casa de Campo (Madrid) e por Serrano nos Montes de Chinchón (Madrid); Chicote colheu-a em San Sebastián na *Q. Toza* Bosc. Embora estes autores sejam de pouca autoridade, a cecídia é tão característica, que bem podemos dar-lhes crédito e assentar como certa a existência desta espécie na Espanha.

6. *Cynips conglomerata* Giraud

Cynips conglomerata Giraud, in Verh. Ges. Wien, v. 9 Abh., p. 344, 1859; *Cynips conglomerata* Mayr, in Eur. Arten gallenbew. Cynip., p. 29, 1882; *Cynips conglomerata* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 424, fig. 146, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 3,5-4 mm.

Color. — Subrubro luteus, in thorace et in capite maculis nigris vel bruneis distinctus; metanotum et scutellum nigra; abdomen fere totum nigrum vel bruneum.

Antennae bruneae; coxae, tibiae et tarsi nigri vel fere nigri coloris. Femora fere lutea, vitta longitudinali nigra vel brunea insignita. Alarum venae subbruneae.

Caput. — Coriaceum. Antennae 14-articulatae, sed articuli 13-14 plus minusve concrecentes. En formula:

12:6 (5):15:10:9:8,5:7:6:6:6:5:5:5:4,5.

Unde patet magnum longitudinis discrimen inter articulos 3-4 (1).

Longitudo vero absoluta articularum in ♀, cui studui, haec aderat: Articulus 1^{us} 250 μ longus; 2^{us} 125 × 104 μ, ergo 1/6 longior quam crassior; 3^{us} 313; 4^{us} 208; 5^{us} 188; 6^{us} 177; 7^{us} 146; 8-10, aequales, 125; 11-13, aequales, 104; 14^{us} 94 μ longus.

Antennarum longitudo aequabat igitur 2,188 mm., plusquam dimidium longitudinis corporis.

Palpi labiales triarticulati; maxillares vero saltem 4-articulati. Articulus ultimus 115 μ longus; penultimus et antepenultimus circiter 63 μ longi.

Thorax. — Mesonotum coriaceum. Sulci accessorii et laterales conspicui; parapsidales ad partem anticam porrigun-

(1) In altera foemina formula haec erat:

12:7:15,5:10:9,5:9,5:8:8:7:6:5:5:6.

tur. Foveolae pilis non conteguntur. Carinae metanoti rectae et parallelae.

Alae ciliatae, hyalinae. Cellula radialis aperta in basi, in margine et in apice. Areola clausa. Vena 1.^a cubitalis ad ve-




Fig. 90 -- *Cynips conglomerata* Gir. Cellula radialis. $\times 35$ (Original).

nam transversam non porrigitur. Vena accessoria radialis desideratur (fig. 90). Tarsorum unguiculi bifidi.

Abdomen. — Superne glabrum, in tota longitudine laeve, nitens. 2^{um} somitum circiter $\frac{2}{3}$ abdominis cooperit. Spinula ventralis in uno specimine valde brevis, crassior quam longior; in altero autem specimine 229 μ longa, 73 μ crassa, circiter triplo longior quam crassior.

Annot. - Haec descriptio facta est coram duabus ♀♀ austriacis, a G. Mayr determinatis.

Cecidia. — Sem forma determinada (Lam. III, fig. 11 e 12), com tendência para esférica. O tamanho é também capaz de muitas variações, desde o de uma ervilha até ao de uma azeitona, como notou Giraud na sua descrição original. Até à maturação a côr é verde; depois passa a brúnea. A superfície é levemente granulada, com ligeiras saliências variadas. O tecido das suas paredes divide-se em duas partes distintas, uma cortical, delgada, verde, porosa e pouco dura; outra mais funda e lenhosa. Nesta, perto do ápice da cecidia, encontra-se uma câmara larval pequena, lenhosa, que se vê em parte na fig. 12 (Lam. III), onde se cria o Cynípide. Esta cecidia inter-

na não está adherente em tôda a extensão ao tecido circumjacente.

O autor da cecídia apparece em novembro do 1.º anno ou mais tarde.

Nas *Quercus pedunculata* Ehrh., *pubescens* Willd., *sessiliflora* Smith, e *Suber* L. nas quais está adherente aos raminhos, junto de um gomo lateral.

DISTR. GEOGR.: Áustria, Itália, Hungria e provàvelmente (segundo von Dalla Torre e Kieffer) na Alemanha.

Esta espécie não foi até agora vista na Península Ibérica.

7. *Cynips conifica* Hartig

Cynips conifica Hartig, in Z. Ent. Germar, v. 4, p. 402, 1843; *Cynips conifica* Mayr, in Eur. gallenbew. Cynip., p. 28, 1882; *Cynips conifica* Kieffer, in André, Spec. Hym. Eur., v. 7, pag. 518, pl. 10, fig. 5, 1900; *Cynips conifica* von Dalla Torre u. Kieffer, Cynipidae, in Das Tierreich, 24. Lief., p. 417, fig. 120, 121, 1910.

Longitudo corporis: ♀ 4,7 mm. (unicum specimen).

Color. — Rubro luteus, nigro vel bruneo variegatus. Antennae bruneae. Alarum venae bruneo luteae.

Caput. — Coriaceum. Antennae 14-articulatae. En formula:

20:7 (5,5):20:18:13:9:8:8:7:7:7:6:5:5.

Longitudo absoluta haec tibi sit in eodem specimine, cui studui: Art. 1^{us} 417 μ longus; 2^{us} 146 \times 115 μ ; 3^{us} 417 μ ; 4^{us} 375; 5^{us} 271; 6^{us} 188; 7-8, aequales, 167; 9-11, aequales, 146; 12^{us} 125; 13^{us} 104; 14^{us} 104 μ longus. Ergo longitudo totalis antennae 2,921 mm. aequabat.

Palpi maxillares 4-articulati. Articulos metiri non potui.

Thorax. — Mesonotum coriaceum. Sulci parapsidales ad partem anticam porrigitur; accessorii et laterales conspicui;

medius non prostat. Foveolae parumper pilis cooperiuntur. Unguiculi bifidi.

